

SERMO.

VIII

Ego autem rogavi pro te ut non deficiat fides tua. A qua tentatione vir iustus liberatus dicit in psalmo. Ipse liberavit me de laqueo venantium. scilicet demonum et statim sequitur. Non timebis a timore nocturno a sagitta volante in die. Vbi glossa innuit quattuor modos tentationis diabolicas. Quedam enim est levis et occulta significata per timorem nocturnum. Alia levis et manifesta significata per sagittam volantem in die. Alia grauis et occulta per negotium ambiguum in tenebris. Alia grauis et manifesta per demonum meridianum. Primam secundum glossam habent tentati ab ignorantia per quam multi ruunt. Secundam paciuntur in aperto scito vicio titillati ut fit in luxuria et gula. Terciam infirmi in fide per incidentiam contra fidem. Quartam tracti et tentati publice per tyrannorum leuiciam has omnes viriliter vincit latens. cum in antro a demonibus est vulneratus. Primo secundo et postremo a christo visitatus. Primam etiam vincit sanctus anthonium per diligentem audientiam sacre scripture per quam etiam conuersus est ut supra dictum est. Secundam vincit per magnam cautelam cogitationum et in cibi temperanti diligentia. Vnde cum quadam vice spiritum fornicationis videret eundem in specie pueri nigri per ordinem videre meruit. Cui ait vilissima mihi appuisti. que iuuenibus insidiaris de cetero te non timebo. Terciam vincit per cibis et laboris alternatum conatum. Vnde semel accidia cogitationum pressus orauit ut in heremo saluaretur a cogitationibus. Cui apparuit angelus prius sedendo et per palmas operando. Deinde sursum et orauit et ad anthonium ait. Sic fac et saluus eris super a cogitationibus malis et ab accidia et torpore. Quartam vincit per animi constantiam et fidei. Vnde postmodum maximiano

impatore martirizante christianos eisdem in tormentis alticit eos confortando et multum doluit. quod persecutores eum non pro christo occiderunt. Tercio consistit scientia sanctorum in cordis mundicie experientia que consistit in meditatione passionis christi vite eius et diuinitatis. Non arbitratum sum me scire aliquid inter vos nisi iesum et hunc crucifixum. Dicit apostolus. I. Cor. 13. In christi meditatione videlicet vite virtuose christi et eius caritatiua morte et gloria diuinitatis sanctissimis mira reuelantur aliquando vniuersis contemplatiuis. Sic enim beato anthonio per omni tutela reuelatum est cum videret totam terram laqueis demonum inflexam quod sola humilitas istos euaderet. Sic per religiosorum consolatione et sua vidit per angelos eleuatus versus celum demones omnia peccata sua a pueritia commissa obicientes sibi. Quibus angeli sancti dixerunt quod ea que monachus facit commiserat impropere debent non ea que ante commisit. Sic etiam per contemplatiuorum prudentiam et de animarum statu vidit quod demon altissimus statum quosdam alatas animas celum ascendere volentes reiecit flentes. et alias retinere non potuit que gaudebant. Secundo principaliter videndum est quod deus donis honorificis beati anthonium sub labore honorificauit quicquid videlicet in vite sanctitate in gratia prophetie. in verbis doctrine. in miraculorum operatione. et in preciosa morte. Prius in vite sanctitate quantate claruit ut religionem christi similem et primitiue ecclesie deperditam ipse primus monachorum pater et cenobitarum innovator ac reformator existere. ut dicit hieronymus in descriptione pauli primi heremite. Hic etiam per duorum magorum ac philosophorum demones